



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

214. De rixis & pugna Sacerdotum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

108 R E G I N O N I S L I B . I .
byteri convenerint , se inepti nullatenus
præsumat , nec precari in amore sanctorum
vel ipsius animæ bibere aut alios ad bibendum
cogere , nec se aliena precatione ingurgitare,
nec plausus & risus inconditos & inanes fabu-
las referre aut cantare præsumat vel turpia jo-
ca vel cum ursi vel tornaticibus ante se face-
re permittat,nec larvas dæmonum,quas vulgo
talamaſcas dicunt , ante se ferri consentiat,
quia hoc diabolicum est & à sacris canonibus
prohibitum.

De rixis & pugna sacerdotum.

Hincmar.
ibid.
Burchard. lib.
2. c. 163.

C C X I V . Summopere etiam quisque
Presbyter caveat , sicut de statu suo vult gau-
dere , ut non quacunque occasione parem
suum aut alium quemlibet ad iram & rixam,
multò minùs ad pugnam vel ad cædem,aliquo
verbo irritet seu provocet , nec provocatus ad
hoc quisquam profiliat , quia in talibus comel-
fationibus & potationibus semper se immisceret
diabolus.

De convivio Presbyterorum.

Hincmar.
ibid.
Burchard. lib.
2. c. 162.

* Cod. Paris.
secundum

C C X V . Quando autem convenerint
Presbyteri ad convivium, Decanus aut aliquis
prior illorum versum ante mensam incipiat,&
cibum benedicat , & tunc secundūm suum or-
dinem sedeant , alter alteri honorem portan-
tes , & per vices cibum & potum benedicant;
& aliquis de illorum Clericis aliquid de sancta
scriptura legat , & post refectionem similiter
* sanctum hymnum dicant ad exemplum Do-
mini , sicut in cœna fecisse legitur ; & sic ſe